

Lib. XLIII.

Tit. I.

De Interdictis, s. extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

§. 1. *Interdictum* significat

in genere prohibitionem à quocunque,

in specie *Jussum* Prætoris

latè *quemlibet*, etiam edicta, decreta,

strictè, *possessorium* jussum inter litigantes.

§. 2. *Olim*: Interdictum dabatur, in causis non protelabilibus, adeoque extraordinariè cognoscebatur

ab ipso Prætorè, dato præcepto potius quam giudice pedaneo, ne tempus perdat cum damno actoris,

si non parebatur, Prætor,

vel manu ministrorum jussum exsequebatur,

vel ex causa interdicti actionem ordinariam dabat.

Postea: sublatis formulis, & judicem dandi more, modus interdicens cessavit,

ut jam rectè, ipso jure, non interdicto prius reddito,

Actio ex causa interdicti de possessione proponatur.

§. 3. *Actio ex causa interdicti* est actio in factum, quâ agitur de possessione, vel tuendâ, vel acquirendâ, vel recuperandâ, salvâ, ubi opus est, quæstione de ipsius rei proprietate.

Cujus

§. 4.